Bibliothèque numérique

medic@

Robineau, Guillaume - candidat / Baudesson, Nicolas - président. - An optimè nutriantur Corpora Calida humida ?

1550.
[Paris]
Cote : ms 72 n°29

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x01x0029

Ad Quodlibetariam

Quaestio medica disputanda in Scholis Medicorum die Jouis 6a Novemb.

Praeside doctissimo viro D. Nicolao Baudesson doctore medico.

An optimè nutriantur Corpora Calida humida?

Calor operum naturalium causa, ab ipso ortu efformatum animal e semine et sanguine, rebus calidis humidis ad perfectam magnitudinem perducit: quia vero triplex substantia continentis caloris ipsius vi dissipatur (unde nata moriendi necessitas) proprium altricis facultatis munus est, non nihil substantias pro deperdita resarcire, quod vel par est ei quod effluxit, vel eo uberius, vel parcius.

Hinc unumquodque alimenti genus cum plurimum a natura corporis distare videatur, per coquendi instrumenta [illegible] quibus lien, renes, utraque vesica) mutant aliquamdiu trahi, ut corporis demum per quod etiam agit, nutricis quidem.

Nutritionis veluti ministras actiones, à quatuor facultatibus appositio, agglutinatio, assimilatio, quas postrema coquendi facultate perficitur aliquam quoniam alias veluti continendum, una prae caeteris potius nutritio appellari.

Quo fit ut nutritio non aliud sit, quam perfecta assimilatio, cuius causa est non solus calor, sed tota corporis alendi substantia.

In animalibus substantia temperate calida, humidior tamen, ad sanguinis generationem plurimum valet, cuius copia celerrime alimentum ad se trahunt Corpora Calida humida, retinent, immutant, et assimilant: ob contrarias vero causas Corpora frigida sicca nec promptè alterant, nec alimentum recipiunt. Quocirca pueri (quorum ventres calidissimi sunt, et succulentus totius corporis habitus) plurimum offerendum, quod multum dissipatur, et ad augmentum insuper alimonia egeant, ad munusque nutritionis, ut et coctionis sunt potentissimi.

F.M.P. Bibliothèque

Optimè igitur nutriuntur Corpora Calida humida.

Asserebat Guillelmus Robineau. 1650.